

simplicior et planior est Logica præ aliis disciplinis, et præterea aperit fontes, præbet media; alio enim discipline exquirunt acutissimum ingenium et accuratissimam analysim, ac proinde assuetudinem in usu mediorum. Ergo logica prævia est respectus Metaphysicæ et Ethicæ.

2º Metaphysica in ordine cognitionis est ante Moralem, cui subministrat principia. Metaphysica enim naturam rerum pandit sive verum enucleat. Atque Ethica nequit actiones rectè dirigere, seu entia ad finem ordinare quin cognoscat horum entium naturam et finem. Ergo Metaphysica, prævia est respectu Ethicæ.

9. — Præterea hic ordo partium Philosophiae confirmatur e sequenti consideratione: Philosophia tria respicit: 1º ordinem conceptionum, 2º ordinem rerum, 3º ordinem entis concipientis et agentis ad res conceptas. Atque homo, 1º suos debet regere conceptus: hinc Logica. 2º Ex recto uso conceptionum naturaliter pergit ad indagationem rerum: hinc Metaphysica. Et tandem 3º perspectis rerum naturis et proprietatibus, ad mutuas entium relationes et praxes exinde oportas stabiliendas ducitur: hinc Ethica.

## PRIMA PARS

# PHILOSOPHIÆ

## LOGICA

11. — Logica a græcâ voce λογική idem dicit ac rationalis disciplina, seu disciplina quâ ratio ducitur ad verum assequendum. Versatur ergo circa ordinem quo instrui debent operationes rationis ut haec facultas rectè et tutò deveniat ad suum finem, videlicet ad verum; itaque hic ordo adhibitus in operationibus rationis intuitu veritatis assequenda est presentis disciplinae objectum: hinc prout peculiarem aliquam constituit scientiam definiri potest: *Scientia quâ mens in exquirendo vel demonstrando veritatem dirigitur*. Dicitur *scientia* ut distinguantur a logica mere naturali:

12. — Ratio enim humana suapte naturâ verum prosequitur, quod proprium ejus constituit objectum. Porro ratio aliquam a naturâ respectu veritatis sortitur rectitudinem que sibi relicta ad quasdam saltem veritates exquirendas et demonstrandas valet. Haec rectitudo naturalis et innata, que omnino modâ antevertit disciplinam, dicitur *Logica naturalis*: naturâ sponte agente, verum assequitur.

Illiud verum, ad quod ordinat logica innata, non est tantummodo verum immediata patens, sed etiam illud quod eruitur per deductionem ex alio vero immediatè percepto, dummodo saltem deductiones non sint a longè petite.

13. — Verum logica heo non sufficit ad veritates magis remotas et abstrusiores detegendas; quoad hunc ordinem veritatum, ratio subsidium artis et discipline exquirit. Quando haec naturalis facultas verum cognoscendi, seu logical innata, augetur et perficietur per reflexionem quâ ejus via diligenter perpenduntur, fit *artificialis* seu *scien-*

*tifica*; per reflexionem enim ratio sua propria rimatur vestigia; neconon ad quasdam regulas redigit omnes motus mentis verum inquirentis. Itaque naturalis rectitudo mentis humanæ dum analysi subiectitur, locum dat alieui *scientiae*, cuius finis proximus est quoddam verum, et cuius objectum proprium est ordo adhibitus in operationibus mentis intuitu veritatis assequenda aut demonstranda.

De hoc ultimâ agemus Logicâ, que ab innata differt sicut perfectum ab imperfecto, distincta a confuso. Verumtamen diverse non sunt facultates, sed unica et eadem qua in duplice statu consideratur, nempe, 1<sup>o</sup> quantum informis, et 2<sup>o</sup> quantum informata seu aucta et explicata per disciplinam et artem.

14. — 1<sup>o</sup> Logica que per reflexionem gignitur, habet aliquo modo rationem *artis*. Ars, juxta definitionem sentent Thomæ (1), est ordinatio rationis quæ per determinata media ad debitum finem actus humani pervenient. Atqui logica ad normam rationis dirigit actus ejusdem rationis ut haec facultas verum aliquod certè assequatur, v. g. conclusionem hujus syllogismi. Ergo est ars. Dicit etiam potest *ars artium*, quia, dirigendo rationem, ipsam dirigit normam omnium artium.

2<sup>o</sup> Sed est proprio *scientia*, quia procedit per demonstrationem, non autem per nudam preeceptorum traditionem (2).

15. — Logica artificialis dividitur in duplicem partem, nempe in Logicam puram seu *formalem* aut *Dialecticam*, et in Logicam *materialem*, *criticam* seu *dogmaticam*.

1<sup>o</sup> Logica pura seu *formalis* tractat de illo ordine quo instrui debent conceptus inter se, ut rectè disponantur; exquirit enim regulas quibus intelligi et ostendi possit quid legitimè sequeretur ex aliquo principio positio. Hinc ejus objectum est *ordo seu ipsa relatio conceptuum inter se*,

(1) I Post. See. 1.

(2) Animadversendum est talem esse artis indolem ut inclinet ad faciendum aliquod singulare, seu opus particolare: itaque Logica quatenus, v. gr., respectu naturam syllogismi, ut sic, ejusque leges tradit et probat, dicitur *scientia*. Dicitur vero ars quatenus inclinet et facilitat ad concludendum syllogismum aliquem particularem, hunc vel illum.

nullà proorsus habità ratione conformitatis idealium et obiectorum. Dicitur Logica formalis, quia nihil aliud considerat nisi rectam dispositionem actuum rationis inter se; unde est formaliter rationalis disciplina.

2<sup>o</sup> Logica critica seu *materialis* aut *dogmatica* considerat, non mutuas conceptuum relationes, sed ordinem qui *inter conceptus et res conceptus* seu cognitas intercedit, et propterea *veritatem* ipsum conceptum querit. Sedulò enim considerat utrum conceptus seu idea nostra rebus cognitis, quas menti representant, rite respondent, nempe utrum conceptus nostrí sint veri.

Ergo Logica artificialis meritò dividit: 1<sup>o</sup> in Logicam *puram*, formalem, seu propriè dictam, quæ versatur circa ordinem seu rectitudinem conceptuum, ac 2<sup>o</sup> in Logicam *applicatam*, materialem seu dogmaticam, quæ versatur circa ordinem conceptuum et rerum, ac proinde gradum dictum ad Metaphysicam, quæ res in seipsis sumptus considerat. In Logicâ purâ, agitur de veritate illationum seu de rectitudine conclusionum, ut sic; in Logicâ critica agitur de veritate omnium conceptuum.

### PRIMA PARS LOGICÆ

15. — Logica formalis, quæ etiam Dialectica nuncupari solet (a verbo greco διαλέξις, dissero), est pars *disputativa* Logice. Haec disciplina rationem dirigit usquedem hanc facultatem perducat ad plenam scientiarum adeptiōnem. Jamvero *scientia* pluribus coalescit ratiocinii inter se ita nexis ut aliquod totum cohahrens conflent; *ratiocinii* constat iudicis, artificiosè dispositis, et tandem *judicia* ex ideis seu *conceptibus* simpliciter efformantur. Ergo ut Logica se ducem præbeat rationi humanae in prosecutione veri, quatuor considerare et regere debet, scilicet, 1<sup>o</sup> *simplicem apprehensionem*, saltem prout est pars judicii, et sic primum apprendit elementum ratiocinii, nempe conceptus; 2<sup>o</sup> *judicium*, quod est aliud elementum magis complexum ratiocinii; 3<sup>o</sup> *ratiocinum ipsum*, et tandem, 4<sup>o</sup> *methodum*, quā mens ope omnium mentis operationum, verum quā latè patet, prosecutur

Itaque his omnibus constat objectum materiale adæqua-

tum logicæ formalis, licet ejus objectum proprium seu formalis sit ipse ordo quem ratio ponit in suis operationibus, speciatim ratiocinum: Quapropter simplex apprehensio et judicium hic considerantur ut sunt elementa divisionis, definitionis et ratiocinii, vel illis inserviunt, nam objective spectata ad metaphysicam pertinent. Divisione, definitio et ratiocinum appellari solent a logicis modi sciendi, et ideo Logica sepe dividitur in triplicem partem juxta illos tres modos sciendi. Tamen perspicuitatis causa dialecticæ distribuitur a nobis in quatuor capita, que enucleanda assumimus, a simplicioribus ad magis composita progrediendo:

## CAPUT I

## DE SIMPLICE APPREHENSIONE.

17. — Per *simplicem apprehensionem*, intelligitur eo intellectus operatio quā aliquod objectum merè percipitur; v. gr. cognoscere hominem, triangulum. Dicitur *simplex apprehensione*, quatenus per eam intellectus objectum apprehendit, quoniam illi tribuat qualitatem, aut speciem determinationem.

Simplex apprehensionis in proprio sensu dicitur de ipso actu mentis rem aliquam percipientis; unde motum ipsum intellectus denominat, cuius effectus est conceptus; ergo simplex apprehensionis est conceptus; id verò quod fit per hanc conceptionem est conceptus, seu idea, qua per metonymiam appellatur etiam simplex apprehensionis. Secunda significatio a primâ distinguitur sicut actio a re effecta.

Hac apprehensionis simplex est conceptus ille qui vocari solet *formalis*:

Conceptus enim dividi solet in *formalem* et *objectivum*: Formalis est actus ipse quo intellectus rem aliquam concepit.

Conceptus objectivus dicitur res illa vel ratio, que proprio et immediate per conceptum formalē cognoscitur, seu representatur: Conceptus appellatur, quia est materia circa quam versatur formalis conceptio.

18. — Sed homo potestote prædictus est, non modo comprehendere intellectualiter varia objecta que illum circumstant, verum etiam facultate ornatur manifestandi proprios conceptus aliis hominibus. Hæc manifestatio fit per

signa sensibilia, quæ conceptus merè spirituales et aliorum sensum effugientes patefaciunt. Quamobrem disputatio de simplici apprehensione duo complecti debet, nimirum, 1º ipsos conceptus, 2º signa quibus conceptus exterius manifestantur, quæque sunt veluti indumentum conceptuum: hinc præsens caput in duos articulos dispendi debet, qui versantur, primus, circa conceptus, secundus, circa signa conceptuum.

## ARTICULUS I.

## De conceptibus.

## I. Quid est conceptus.

19. — Per conceptum, uti jam ante invenimus, intelligitur quadam intellectualis objectorum representatio. Dum concipio, v. gr., hominem, Deum, etc., representationem quadam horum entium in me efformo: ejusmodi notio efformata fines mentis non egreditur, sed mentem ipsam committat, illigere representat objectum extrinsecos existens, et in hæc existentiā a mente independens. Hinc definitio potest conceptus: *similitudo objecti in mente existens*.

Diversi adhiberi solet nomina hujus mentalis similitudinis objectorum. Dicitur *conceptus*, quia est veluti pars mentis; dicitur *idea* a verbo grecō *ἰδέα*, video, quia est visione mentis; dicitur *intuitus*, propter eamdem rationem.

20. — At conceptus et idea confundi non debent cum perceptione sensuum vel phantasmatum imaginacionis que etiam suo modo objecta representant. Alia enim est representatio que in mente existit, alia similitudinē quam efformat sensus interni vel externi; prior generali modo, seu sine qualitatibus individualibus, dum posterior singulariter seu cum proprietatibus individualibus, v. gr., hoc colore, hæc figurā, oī, objecta representat. Ex. gr., dum concipio hominem in genere, abstractione facta cuiuslibet hominis singularis, seu hujus figure, structure, coloris, etc., notionem aliquam habeo omnibus prorsus hominibus applicabilem, ac proinde universalē: in conceptus propriè dictus. Dum efformo in me similitudinem quasi depictam alienus hominis singularis, Petri et Pauli, seu hos homines in me represento cum his lineamentis, cum tali magnitudine, colore, vultu, etc.,

aliquam in imaginatione habeo formam huius homini tantum applicabilem et non aliis. En phantasma propriè dictum, de quo hic non agitur.

21. — Conceptus, non autem phantasmatum, sunt objectum scientie, que semper versatur circa universalia seu immutabilia; scientia enim in se spectata, et quatenus est scientia, immutabilis est, unde ejus objectum obnoxium esse nequit mutationi. Hinc conceptus, qui referunt et representant id quod in rebus est immutabile, sunt objectum scientie. Exinde dimanat effatum scholæ : *Scientia non est de concreto, sed de abstractis.*

Hic non considerantur conceptus sub omni respectu, sed solummodo quatenus constituant elementum ratiocinii. Generalis tractatus de simplici apprehensione ad psychologiam praecepit pertinet.

22. — Inter varia nomina conceptus, unum a nobis praecisteris considerandum est, quia ad rem nostram maximè pertinet. Etenim conceptus seu idea, quatenus constituit elementum logicum, nuncupatur *terminus*: 1<sup>o</sup> quia est ultimus quem prætergredi nequit resolutio seu analysis discursus; 2<sup>o</sup> quia termini extrema partem judicii aut propositionis quoddammodo tenent, et ideo considerari possunt tanquam confinia seu termini ipsius judicii, unde *terminat* propositionem.

## II. Quotuplex sit conceptus.

23. — Conceptus dividi potest,

I. — *Ex parte modi quo objectum concipitur :*

1<sup>o</sup> In *clarum* et *obscurum*. Clarus dicitur conceptus, quando suum objectum ab aliis rebus distinguit. Remanet obscurus, quando rem ita representat, ut hanc representationem non sufficiat ad hanc rem ab aliis secernendam. Qui cognosceret triangulum tanquam figuram tribus angulis constantem, illum secernere ab aliis figuris geometriae, et ideo aliquem haberet conceptum clarum. Qui triangulum simpliciter cognosceret tanquam aliquam geometriae figuram, ideam haberet obscuram.

2<sup>o</sup> Dividitur in *distinctum* et *confusum*, prout notas objecti præcipias distinguunt et secernit, vel non. Distinc-

tio ergo a claritate differt, in quantum distinctio respicit potius intrinseca rei constituentia, quam ejusdem rei diversitatem ab aliis; dum in claritate idearum, etenim respicitur intrinseca rei constituentia quatenus id requiritur ad rem ejusmodi ab aliis discriminandam.

3<sup>o</sup> Idea distincta est completa vel incompleta. Idea distincta dicitur *completa*, quando omnes notæ præcipias objecti cogniti enumerantur. Si omnes hujusmodi notæ non enumeraretur, *incompleta* remanerentur.

4<sup>o</sup> Conceptus complectus etiam dividitur in *adäquatum* et *inadäquatum*. Conceptus complectus nomen *adäquati* sibi vindicat, quando in ipso conspicuntur non tantummodo omnes notæ priores et essentials objecti cogniti, verum etiam notæ secundariae et accidentales. Quando in hoc conceptu, mons omnia haec non contuetur, conceptus remanet *inadäquatius*.

Tandem, 5<sup>o</sup> Conceptus a quibusdam dividitur in *comprehensionis et apprehensionis*.

Conceptus dicitur *comprehensionis*, quando rem representant quantum representari potest, scilicet secundum totam ejus intelligibilitatem. Hinc objectum non modo debet referre quoad omnes notas, etiam minutissimas, quibus constat, verum etiam quoad omnes relations quas habet vel habere potest cum omnibus aliis entibus, seu brevius : hic conceptus rem *absolute et relativè* respicit.

Conceptus dicitur *apprehensionis*, qui rem quoniam docunt, que representant.

24. — Conceptus considerari potest : 1<sup>o</sup> quoad notas quibus constituitur, et 2<sup>o</sup> respectu individuorum quæ representare valent.

Complexio notarum quibus idea constat, dicitur *comprehensio* hujus ideas, dum amplitudo ideas in pluribus vel paucioribus individuis representandis, ideas *extensio* seu ambitus vocatur. Ex gr., note : *animalitas et rationalitas*, que efformant ideam hominis, hujus ideas comprehensionem constituant. Ordo ejusdem ideas ad omnia individua humana, quibus representandis par est, dicitur *extensio*.

25. — II. *Ex parte objecti*, conceptus dividitur :

1<sup>o</sup> In *realem et logicum* prout representat objectum

extra mentem existens, aut saltem existendi capax, vel refert objectum quod non nisi in mente existentiam habet et habere potest. Hi conceptus etiam dicuntur *prima intentionis* et *secunda intentionis*. Terminus *prima intentionis* ille est qui significat rem secundum statum quem habet a parte rei; sic, v. gr., nomina: *arbor*, *lapis*, significant rem secundum quod existit a parte rei. Terminus *secunda intentionis* est qui significat rem secundum aliquem statum quem recipit ab intellectu; v. gr., *predicatum*, *species*, *differentia*. Quia rem primò consideramus ut in se est, hic conceptus dicitur *prima intentionis seu considerationis*. Deinde, post hanc *primam intentionem*, rem consideramus secundum statum quem habet ab intellectu, et hi conceptus *secundum secundae intentionis*, id est, *secunda considerationis*.

28. Sub eodem respectu dividitur etiam in *positivum* et *negativum*, prout objectum constat aliquā realitate, vel e contra negatione realitatis v. g., lux, tenebra.

39. In *simplicem* et *compositum* prout objectum constat una notā, vel pluribus, v. g., caro, homo.

40. In *concreto* et *abstractu*, in *communem* et *proprium*, sicut terminus.

## ARTICULUS II.

### De signis conceptuum.

#### I. Signi notio.

26. — Conceptus, ut sic, in mente concipientis remanent, et alios homines latent, quandiu exterius aliquo signo sensibili non manifestantur. Per *signum* stricte sumptum intelligitur *quidquid cognitioni facultati cognoscitive aliiquid a se aliud representat*: sic, sigillum principis in mente revocat auctoritatem hujus principis; statua vel pictura Caesaris est signum quod Cesarem representat.

Signa in duplice speciem partiri possunt, scilicet in *conventionalia* et *naturalia*. Signum dicitur *conventionalis*, si ex pacto tantum rem representat, ut sigillum principis.

#### LOGICAE PARS I.

#### 17

Dicitur *naturale*, quando ex naturā suā objectum significat: v. gr., risus est signum letitiae, impressa vestigia sunt signa naturalia rei impressae.

27. — Id omne quod conceptus invisibiliter exprimit et manifestat, dicitur signum *idearum*: hinc *gestus*, *natus*, etc., in quantum manifestant internas animi modificationes, sunt signa. At completum et perfectum nostrarum *idearum* signum est loqua, que cum omnimodo perspicuitate, distinctione et brevitate omnes conceptus mentis representant. Prout illud perfectissimum signum simplices conceptus referit, dicitur *vocabulum*, quod etiam nuncupari potest *terminus oralis*.

Vocabulum autem definitur: *voz articulata ad significandum instituta*. Hinc est signum, non naturale, ut quidam volunt, sed conventionale. Et revera, licet voces articulatae ex naturā suā maxime sint aptae ad significandum, non tamen actu significant hoc vel illud nisi ex conventione, ut probat sequens

28. — THESIS. *Vocabulum est signum conventionale, non naturale.*

Probatur. Signum naturale statim et pro omnibus ac uniformiter rem significatam in mente revocat. V. gr., fumus ignis quibuscumque videntibus semper manifestat; marmor aut picture statim et pro omnibus res representatas exprimit. Atque vocabula res expressas non demonstrant, nisi iis qui lingua, ad quam pertinent, cognoscunt; signa diversa sunt pro diversitate linguarum. Ergo non naturaliter, sed ex hominum convento, tales voces haec et non alia objecta significant.

Hinc, licet facultas loquendi sic naturaliter homini indita, licet etiam intima fiat, ex assuetudine, connexio inter vocabula et ideas, tamen relatio hujus vel illius vocabulorum ad talia objecta non est naturalis. «Significare conceptus suos, ut ait S. Thomas (I), est homini naturale; sed determinatio signorum est ad placitum. »

30. — Termini hic considerantur sub respectu logico, videlicet quatenus sunt elementa iudicii et ratiocinii, in-grediunturque propositionem et vim significandi habent.

(1) 2a 2o q. 85, art. 1.

BREV. PHIL. T. 1

## II. De divisione terminorum vocalium.

31. — In quantum singillatim inspicuntur, dividi possunt termini vocales :

I. Secundum vim significandi :

1<sup>o</sup> In *univocos* et *equivocos*. Terminus *univocus* dicitur, quando rationem aliquam significat in pluribus simpliciter eamdem; ut, v. gr., arbor, que dicitur de malo, de queru, etc. Terminus dicitur *equivocus*, qui significatio diversa de pluribus enunciatur; ut v. gr., canis prout dicetur de animali domestico et de sidere.

*Equivocatio* inducitur sive *casu*, sive *consilio*. *Æquivocatio* dicitur a *casu*, quando idem nomen impositum est rebus diversis, cum inter ipsas nulla sit relatio que homines ad illud nomen adhibendum adducere queat, v. gr., gallus, homo, et gallus, animal. Dicitur a *consilio*, quando illud nomen diversis rebus attribuitur propter relationem aliquam inter res significatas; v. gr., *pes* animalis et *pes* montis. Haec *equivocatio* non differt ab analogia.

Inter meras univocationes, que idem nomen et eamdem entitatis rationem importat, et *equivocationes*, que idem nomen et rationem entitatis omnino diversam dicit, reperitur *analogia*, que habetur quando eadē voce plura diversa quidem, sed aliquatenus tamen similia, designantur. Terminus *analogus* significat quidem aliquid pluribus commune, sed tantum quod similitudinem quandam, ut, v. gr., cum *pes* dicitur de pede animalis, de pede montis et de pede columne: agitur de rebus quidem diversis, que tamen hanc inter se servant similitudinem, ut sint pars inferior aliejuis rei.

Analogia potest esse per *attributionem* vel per *proportionem*. Analogia *attributionis* habetur cum terminus aliquid principale significat, ad quod alia quendam ordinem involvunt, et ex quo in hac quadam derivatur attributio et denominatio, propter illam relationem: v. gr., *sannus* dicitur a sanitate, que proprie et vero est in animali; sed dicitur etiam de cibo, colore vultus, medicina, etc., eo quod respiciunt sanitatem animalis, quia illam aut juvent aut significant. Analogum *principale* est animal; analogia *secundaria* sunt cibus, etc.

Analogia *proportionis* habetur quando idem terminus pluribus rebus tribuitur propter aliquam earum proportionem seu convenientiam quam illæ habent aut respectu aliquius *effectus*, ut dum, v. gr., risus tribuitur homini, prato, fortune, quorum aspectus hilaritatem producit, — aut in modo quo ad extrema propria referuntur: v. gr., oculus anime, oculus societas, oculus corporis.

2<sup>o</sup> Divitir etiam terminus, juxta modum significandi spectatus, in *caugum* et *fixum* prout eamdem semper retinet significacionem, v. gr., *tempus*, vel non constanter eamdem rem significat, sed modo unam, modo alteram, v. gr., *natura*.

3<sup>o</sup> Dividitur in *categorematicum* seu *significativum* et *synategrometicum* seu *consignificativum*. Quando per se seu se solo aliquid significat, dicitur *categromaticus*, ut Deus, homo. Si per se non habet vim significandi aliquam rem sed ad hoc expostelet consoritum alterius termini dicitur *synategromaticus*, ut, v. gr., omnis, nullus, aliquid, qui se solis non significant, sed eagent conjunctione cum aliis: v. gr. omnis homo.

32. — II. Terminii etiam dividuntur ratione *objecti*:

1<sup>o</sup> In *abstractos* et *concretos*. Terminus *concretus* ille est, qui significat subiectum cum forma sibi inherente, v. gr. *albus*, *niger*. Terminus dicitur *abstractus*, quando ejusmodi forma significat sine subiecto cui insit, v. gr. nigrities, cœctias, humanitas, etc. Hinc terminus *concretus* duplex habet significatum: *materiale*, id est subiectum praecisum à formâ suâ, et *formale*, id est subiectum cum suâ formâ.

2<sup>o</sup> Dividitur in *connotativum* et *absolutum*. *Connotativus* ille est qui notat terminum quiccum perfectè significat, et sine quo non perfectè significat; unde aliquid significat ut adjacens alieui, v. gr. *sapiens*, *niger*. Dicitur *connotativus* quia præter formam inherenterem quam significat, *notat* etiam subiectum. Unde terminus *connotativus* est semper concretus, non autem vice versa:

Dicitur *absolutus*, quando se solo est perfectè significatus, ac proinde aliquid ut non inherens, sed ut per se stans significat, v. gr. homo, animal. Hinc omnia nomina substantiva substantive sump̄t, sunt absoluta.

3º Dividitur in *incomplexum* et *complexum*, prout uno vel pluribus constat vocabulis immediatè conjunctis. In termino complexo unum vocabulum distinctò exprimit subjectum, alterum formam. Illud dicitur terminus *principialis*, hoc, terminus *incidentes*, sive explicativus, sive determinativus.

### 33. III. Secundum extensionem, termini dividuntur,

1º In *proprios* et *communes*. Terminus *proprium* dicitur sive a) ut opponitur analogo (31), sive b) ut opponitur communi. Terminus *proprium*, ultimo sensu sumptus, est qui individuum aliquod per notas individuales ipsique proprias directè conceptum significat, ut Alexander, Petrus. Dicitur *communis*, quando de pluribus per notas communes directè conceptus dici potest, secundum eamdem significacionem, unde pertinet ad genus terminorum univocorum.

Termini ergo communes, non secus ac idee, simul habent quandam comprehensionem et quandam extensionem: significant enim *immediate* notas communes quibus constat rerum natura, et *mediata* extenduntur ad individua in quibus reperiuntur illae notas communes. Jam vero relatio haec termini communis ad res significatas dicitur *extensio* (24). Porro extensio haec potest esse major vel minor.

a) Quando terminus communis dicitur de omnibus individualibus quibus est applicabilis, nuncupatur *universalis*.

b) Si de quibusdam tantum indeterminatis dicitur, erit *particularis*.

c) Si de individuo aliquo singulari determinato dicereatur, terminus ipse appellaretur *singularis*.

2º Terminus etiam ratione extensionis, dividitur in *collectivum*, et *distributivum*, prout de pluribus simul acceptis, vel seorsim sumptus dicitur; termini: *exercitus*, *populus*, qui plura *similiter* accepta significant, sunt termini collectivi. Termini: *miles*, *tiro*, etc., sunt termini distributivi, quia plura seorsum sumpta representant. Sed idem terminus, potest sumi distributivè vel collective: v. g. (distrib.) omnis homo est mortal; (collect.) omnes homines qui sunt in terris.

34. — Prout termini universales, particulares et communes dialectice considerantur, determinari debent per appositionem vel remotionem alicuius particulae aut signi

equivalentis. Prout vox generalis assumitur sine particula restrictivâ aut extensivâ, dicitur terminus communis, v. gr., homo, arbor. Prout vox generalis, ope alicuius particulae aut signi equivalentis, extenditur ad omnia individua quibus est applicabilis, dicitur terminus universalis, v. gr., omnis homo, omnis arbor. *Universale*, iuxta vim vocis, idem sonat ac *unum versus alia*, ad proinde est aliud unum habitudinem seu ordinem habens ad multititudinem, ut *arbor*, qui est conceptus applicabilis omnibus prorsus arboribus.

Prout vox *supto* naturâ generalis sumitur juxta partem tantum suæ extensioñ, per applicationem particulae restrictive, dicitur terminus particularis: v. gr., aliquis homo, quedam arbor.

35. — Termini non tantummodo considerari debent prout scorismum suntur, ac multiplici significacione fruuntur, sed etiam praे sensu illo *determinatio* quem habent ex ipsa propositione in qua existunt; genuinus enim vocabulorum sensus contextu humani sermonis definitur et interpretatur.

Termini, sub hoc respectu considerati nonnullas etiam sortiuntur proprietates. Ista affectiones, omissione inutilibus et ab usu remotis, ad quinque revocari solet, a dialecticis, quae sunt: suppositio, ampliatio, restrictio, distractio, et appellatio:

I. *Suppositio*, quia generatim est positio unius rei loco alterius, prout terminis competit est usus termini pro se vel pro suo significato. Est vel materialis, vel formalis.

1º Suppositio dicitur *materialis* quando ponit terminum pro seipso seu pro ipsa materia vocali: v. gr., homo est vox quatuor constantis litteris.

2º Suppositio dicitur *formalis* quando terminum ponit loco sui significati, nempe signum grammaticale pro re significata: v. gr., homo est animal rationale; philosophia est scientia ultimarum rationum.

Suppositio formalis dividitur in *realem* et *logicam*, quæ a veteribus simplex etiam dicitur.

a) *Suppositio realis* est, quando terminum ponit loco sui significati, secundum modum existendi quem illud habet extra mentem: v. gr., Socrates est homo. Est ergo tunc nomen primæ intentionis. Prout representat individua, di-

citur *personalis*, cum individua perfectiora sint personæ.

b) Suppositio *logica* seu simplex est positio seu usus termini pro re significata, sed secundum modum existendi quæra habet in mente, ut in his propositionibus: Homo est species; arbor est idea generalis. Hinc est nomen secundæ intentionis.

Cum termini immediatæ ideas significant, et ideas dividantur in universales, particulares, singulares, distributivas et collectivas, sequitur quod suppositio realis eisdem divisiones subeat.

II. *Ampliatio*, generatim, est extensio termini a minori ad maiorem significacionem, v. gr.: Mansueti hereditabunt terram. Sed solet strictius definiri: Acceptio termini pro tempore diverso ab eo quod significatur per verbum propositionis, v. gr.: Justus peccavit. In hac propositione, *ei formæ*, ageretur sollempnitas de tempore praeterito; verumtamen terminum « justus » usurparunt pro tempore diverso ab eo quod significatur per verbum, seu pro praesenti que est justus. Ampliatio opponitur *statui*, qui est acceptio termini pro tempore eodem, quod significatur per verbum propositionis, v. gr.: Petrus peccavit. In hoc sensu non differt a distractio.

III. *Restrictio* est coarctatio termini principialis, ope termini incidentis, a majori significacione ad minorem, seu ad partem extensionis quam per se habetur, v. g.: Omnis doctus est dignus honore; terminus *adjectivus*, « *doctus* » coarctat extensionem substantivi « *omnis* » quod in se amplectetur etiam indecitos.

IV. *Distractio* est acceptio termini ad significandum pro alio tempore. V. gr.: Cœci vident; claudi ambulant: in quibus propositionibus *cœci* et *claudi* non usurpantur pro eo tempore qui concluditur propositio, sed pro praeterito, ita ut sensus sit: qui erant cœci et claudi *nunc* vident et ambulant: unde istae propositiones vere sunt in *sensu divisorio*, et falsa in *sensu composito*.

V. *Appellatio* à verbo *appello*, quod significat vocare, seu nomen imponere, est applicatio significati formalis unius termini ad rem significatam per aliud terminum, v. gr.: sapientia architectus: in qua propositione vox sapiens, quæ dicitur de ordinatione rerum, applicatur archi-

tecto. Terminus cuius significatio formalis applicatur, dicitur *appellans*, alter *appellatus*. Appellatio est quedam species suppositionis.

Appellatio dividi solet a dialecticis in *materiale* et *formale*, prout predicatum cadit supra formale subjecti, vel supra materiał: v. gr., medicus sanat, medicus cantat; sanat enim ut medicus: en *formale* subjecti; cantat autem, non ut medicus, sed ut homo: en *materiale* subjecti, seu subjectum materialiter sumptum. Formale ergo subjecti est ipsum subjectum prout sub tali forma per terminum significatur; materiale vero est idem subjectum talem habens formam, non tamen spectatum specialiter sub hac forma.

## CAPUT II.

### DE JUDICIO.

36. — Hactenus simplicem apprehensionem consideravimus quā efformant meri conceptus. Nunc ad secundam mentis operationem addigimur, seu ad judicium, quo ideas inter se comparamus, atque affirmatione aut negatione conjungimus.

Judicium in primis considerabimus generatim, quod suam naturam simul et externam manifestacionem. Postea ejus elementa rimando queremus: 1º Quot sunt supra genera seu classes eorum quæ prædicantur, 2º Quot modis unius de aliquo possit prædicari, tanquam superius de inferiori. His perspeciis, sponte ad judicium divisionem devenientius, ac denique ad propositionum proprietates determinandas. Iḡne questione erit in prima articulo de natura judicii et propositionis; in secundo, de prædicamentis; in tertio, de universalibus: in quarto, de variis divisionibus seu aspectibus quos induere possunt judicium et propositionis, et tandem in quinto præcipuis propositionum proprietates recensebimus.

### ARTICULUS I.

#### *De natura judicii et propositionis.*

##### § 1. De judicio.

37. — Cum mens duas ideas habet easque comparat, potest earum convenientiam aut dissidentiam percipere, et potest quoque neutrum percipere. Si neutrum perspicimus, nullus novus a mente ponitur actus, ad proinde remanent simplices apprehensiones. Si contra mens perspicit et affirmat identitatem vel diversitatem idealium, fit a mente alius actus, præter simplicem idealium apprehen-

sionem, et hic novus actus simplici apprehensioni additus, dicitur *judicium*.

Judicium ergo ea est animi operatio quā, duabus ideis inter se comparatis, mens eas aut affirmatione conjungit, aut negatione separat; seu, alias verbis, est actus quo mens binas ideas aut affirmando *componit*, aut negando *dividit*: indo etiam appellatur *compositio*, *divisio*. Quare ad judicium efformandum requiritur :

1<sup>o</sup> Ut menti duas obversentur ideæ;

2<sup>o</sup> Ut earum fiat comparatio;

3<sup>o</sup> Tandem ut conspicatur et eo ipso affirmetur earum identitas vel diversitas.

Eo enim ipsis quo mens *habituidinem* hanc idearum connotet, eam affirmat aut negat; et hoc assensu vel dissensu mentis est propriè judicium, quod idcirco est affirmativum aut negativum.

### 38. — THESIS : *Judicium est perfecta cognitio.*

*Nota.* Hac thesis duo affirmat, nōmē judicium esse 1<sup>o</sup> cognitionem; 2<sup>o</sup> cognitionem perfectam.

*Prob.* 1<sup>o</sup> pars. Cognitio generatim est expressio alicuius rei in mente; atqui judicium est quedam hujusmodi expressio *nexus* duarum idearum. Ergo.

Hinc judicium est actus intellectus, non autem voluntatis, ut voluit Cartesius.

*Prob.* 2<sup>o</sup> pars. Ad perfectam rei alicuius cognitionem non sufficit ut res illa representetur in mente, sed requirit præterea: 1<sup>o</sup> ut cum diversis suis affectionibus representetur; 2<sup>o</sup> ut percipiatur *esse in se, objective*, sicut in mente representatur. Atqui per simplicem apprehensionem, res utique representatur in mente, sed per judicium solum, 1<sup>o</sup> representatur cum diversis suis affectionibus, sicuti est in se; 2<sup>o</sup> percipiatur *esse in se* sicut in mente representatur. Ergo.

39. — Judicium, ctsi per se sit actus simplex, tamen ratione materie est compositum. In judicio enim considerari debent materia et forma. *Materia* generatim sumpta est id quod adhibetur ad rem aliquam extrahendam. Dicitur *proxima*, quando immediatè adhibetur, quin per novum statum transeat; *materia* dicitur *remota*, quando

non nisi per aliquem statum novum fit idonea ad formam recipiendam: v. gr., lapides, respectu domis, sunt materia remota; muri ex lapidibus adificati sunt materia proxima.

In judicio, materia remota sunt ideæ; materia proxima est diversitas vel identitas idearum, et tandem *forma* est affirmatio aut negatio. Per actum illum, quo mens renuntiat hanc identitatem vel diversitatem, quam ideæ habent secundum rem significatam, inducitur forma in materiam. Exinde patet judicium *formaliter* sumptum esse actum simplicem quo conjugimus vel separamus ideas.

Sed est compositum quod materiam; nam materiam judicii constituant hæc tria: dues ideæ earumque habitu.

40. — Forma stat sive in affirmatione, sive in negatione; unde judicium, præ forma spectatum, distribuitur in *negativum* et *affirmativum* (37, 3<sup>o</sup>).

### § II. De propositione.

41. — Sicut vocabulum est signum ideæ, ita propositio est externa judicii manifestatio; ac proinde definiri potest: *oratio que aliquid de aliquo affirmat aut negat.*

42. — Materiam propositions constitutum termini orales, seu vocabula, quæ exprimunt materiam remotam judicii; forma propositions est verbum substantivum *est*, quod in scholis *copula* nuncupari solet, quia subjectum cum predicato conjungit seu copulat.

In propositione, id de quo aliquid affirmatur aut negatur, dicitur *subjectum*, quia subest alicui attributioni; id quod de subiecto affirmatur aut negatur, dicitur *predicatum*: subiecto enim tribuitur; et in tantum subiectum reputatur in hæc propositione in quantum qualitate per predicatum expressa afficitur. Generatim id quod cum alio conjugitur aut ab alio separatur, de illo *predicari* dicitur. *Copula* nihil est aliud nisi affirmatio vel negatio qua significat formam seu affectionem subjecti. Verbum, ut aiunt veteres, significat hanc formam per *modum actionis*, seu in *fieri*, dum nomen significat hanc formam per *modum qualitatis*: v. gr., hic homo *intelligit*; verbum indicat actionem intelligendi; substantivum *intelligens* indicat qualitatem.

## ARTICULUS II

## De praedicamentis.

43. — Judicare, ut constat ex dictis (37.) est affirmare convenientiam vel discrepantiam subjecti et praedicati; alii verbis, est referre subjectum quoddam ad aliquem ordinem entium. Hic ordo multiplex entium ad quem revocari potest subjectum, est ordo categoriarum; unde per *categorias a zetxtozio*, (græcæ), seu *praedicamenta* (latinæ), intelliguntur omnes rationes generaliores ad quas revocari potest aliquo subjectum, seu omnes formas sub quibus potest considerari aliquod subjectum in iudicio. Quapropter disputatio de praedicamentis aliquo modo ad questionem de iudicio spectat.

44. — Scholastici distinguunt praedicamenta a predi-  
cato et praedicabili :

1º *Predicatum* est id quod quolibet modo de altero enunciatur, ut homo de Petro.

2º *Praedicabile* est id quod potest affirmari de plurimis; ut lapis de omnibus lapidibus.

3º *Predicamentum* est ordo, seu series et collectio praedicatorum aut praedicabilium sub aliquo summo genere, seu, alii verbis, praedicamenta sunt supremo notiones, de quibus in logica tractatur : v. gr., praedicamentum *quantitatis* est suprema notio cuius omnes quantitates predicate aut praedicabiles sunt diversi modi.

45. — In determinandos omnes illos aspectus attributi et subjecti in iudicis et propositionibus, incubuerunt Aristoteles et Kantius; hinc famose illæ categoriae ad quas omnia iudicia per sua *prædictata* revocari possunt. Primus, attentis tantum *diversis rerum respectibus*, decem, dum secundus, solam *judiciorum formam*, (ut haec ab ipso accipiatur), considerans, duodecim enumeravit. *Categorias Aristotele* tantum reconsebimus, que sunt magis vulgatae, usque theologorum scholasticorum probatae.

Hujus divisionis ratio repetitor ex diversis interrogati-  
tionibus quoæ de aliquo subjecto singulari, v. gr., de  
Petro, fieri possunt. Quærer enim de ipso potest : 1º quid  
sit; 2º quantus; 3º qualis; 4º cuius sit; 5º quid agat;

6º quid patiatur; 7º ubi sit; 8º quando sit; 9º quo in situ; 10º qualiter vestiatur. Hinc decem praedicamenta Aristotele sunt : substantia, quantitas, qualitas, relatio, actio, passio, ubi, quando, situs et habitus, que in his versibus veteres comprehendenderunt.

1º Arbor sex servos ardore refrigerat ustos,  
*Subst.*; *quant.*; *relat.*; *qualitas* *actio*; *passio*.  
2º Ruri cras stabo; sed tunicatus ero  
*Ubi*; *quando*; *situs*; *habitibus*.

46. — Jam ex hoc exemplo adducimur ad singularium categoriarum definitionem.

1º *Substantia* est *ens per se stans*, quod scilicet alieni subiecto non inheret; v. gr. arbor. Scholastici post Aristotelem, substantias in duplice classem distribuunt, scilicet in substantias primas et substantias secundas.

*Prima* dicuntur omnes substantiae individuales; v. g. Petrus, Paulus, hec arbor. Per substantiam *secundam* intelligitur ea quae in genere sumunt, et de primis praedicatur, ut homo in genere, arbor generatum sumpta, que praedicari possunt de omnibus hominibus et arboribus.

2º *Quantitas* est *positio partium extra partes*: v. g. sex. Quantitas est vel continua, vel discreta. Dicitur *continua*, quando constat partibus que non habent proprii limites: v. gr. baculus, linea; dicitur etiam *quantitas molis*. Quantitas dicitur *discreta*, cuius partes coniuncte non sunt: v. gr. acervus decem lapidum; haec etiam appellatur *quantitas multitudinis*. De hac re fusius in *Methaphysicæ* agemus.

3º *Relatio* est *respectus unius ad aliud*, ut in exemplo antea dato : servus, qui dicit ordinem ad dominum, seu aliud respicit.

4º *Qualitas*, quæ res *quales* dicuntur, est *quicquid substantiaz adiicitur* ad quicunque ejus complementum: v. gr. ardens, bonus, malus.

5º *Actio* est *mutatio quoæ fit a causâ activitatem suam exercente*; v. gr. refrigerare, percussare.

6º *Passio* est *mutatio quoæ in aliquo subjecto recipitur*, v. gr. moveri, comburi.

7º *Ubi est determinatio ad locum*, v. gr. ruri esse, aut esse infra, supra.

8º *Quando est determinatio ad tempus*; v. gr. esse praeteritum, futurum.

9º *Situs est dispositio partium in loco*; uti sedere, cunbare.

10º *Habitus est denominatio de prompta ex quolibet tegumento seu ornamento corporis vel rei*: v. gr. purpura induitus.

### ARTICULUS III.

#### *De transcendentalibus et praedicabilibus seu universalibus.*

47. — In praedicamentis, consideravimus quot sint suprema genera ad quae revocari queat quodlibet subjectum aliquius propositionis. Nunc querendum est quotuplici modo aliquid de alio praedicari possit (44).

Vox *praedicare*, ut monimus, idem valet ac enuntiare de aliquo.

48. — Adinavertendum est quasdam esse notiones quae de pluribus, nequitam verbo de omnibus, affirmari possunt, et quasdam alias quae de omnibus prorsus dicuntur.

Priores notiones nuncupantur *universales seu universalia*. Universale, juxta vim vocis, est *unum versus alia*, seu unitas *habens habitudinem* ad multa; uti, v. gr., conceptus *hominis*, qui de omnibus hominibus dici potest, indec sit unus in se.

Notiones secundi ordinis *transcendentales* appellantur. Iste notiones transcedentiales, propter suam indeterminacionem, omnibus omnino rebus competere possunt, et sunt sex; ens, res, aliquid, unum, verum, et bonum: de omnibus affirmari possunt, non tamen univoco (31, 1º): unde nomini impropriè dicentur universales.

Notiones non transcedentiales, licet de omnibus prorsus rebus praedicari non possint, affirmantur tamen de omnibus in aliquo genere entium. Iste notiones *univoco* competit suis inferioribus, et propriè dicuntur, ad discrimen *transcendentium, universales*.

49. — Dicitur etiam *universale* id quod representant

notiones universales; proinde in ordine reali, sicut in ordine logico seu predicationis, concipi potest. Quando sumitur in ordine reali, dicitur universale *metaphysicum* aut *in essendo*; si consideratur in solo ordine logico, dicitur universale *logicum* seu in *praedicando*. Hic agitur de solo universalis logico.

Universalia numero quinque sunt: genus, species, differentia, primum et accidentis.

1º *Genus* est id quod de pluribus speciebus affirmari potest tanquam aliquid ipsi commune; unde est pars, non determinans, sed determinabilis, essentiae; v. gr., notio animalis respectu hominis.

2º *Species* est hec ratio quæ constituit essentiam communem plurim individuorum, seu est *unum aptum inesse multis numero differentibus*, et de illis affirmari tanquam exprimens *totam rei essentiam*; v. gr., *hominis* ratio, quæ de omnibus individuis generis humani praedicatur, tanquam aliquid constitutivum totius essentiae.

3º *Differentia* est id per quod una species ab aliis speciebus discriminatur quæ sunt ejusdem generis. Genus commune est pluribus speciebus; et idecirco per aliquam notam debet determinari, ut exsurget speciem diversitas: v. gr., notio generica *animalis* communis est homini et aliis animalibus; sed statim ac huic notio adiungit nota *rationalis*, notio generica determinatur, atque exsurgit inter speciem humanam et alias species animalium, et ideo dicitur *differentia*.

Genus est pars determinabilis totius essentiae, dum differentia est pars determinans; et exinde patet genus et differentiam esse partes essentiae seu speciei.

4º *Proprium* est id quod pluribus competit, tanquam necessaria dimanans ab eorum essentiâ, ita ut, sicut dicit Gondin, *omni, soli ac semper accidentia speciei*; v. gr., facultas loquendi, facultas ridendi sunt semper in omni et in solo individuo humano; sunt ergo *propria hominis*.

5º *Accidens* est id quod pluribus ita competere potest ut possit esse abesse salvâ eorum essentiâ; v. gr., scientia in homine.

50. — THESIS : *Preter hæc quinque universalia, non dantur alia.*

*Probatur.* Quidquid est commune pluribus, seu universale, pertinet ad suorum inferiorum essentiam vel non pertinet. Atqui :

1<sup>o</sup> Si non pertinet ad essentiam, vel connectitur cum illâ, vel non connectitur; est ergo *propositum vel accidens*.

2<sup>o</sup> Si pertinet ad essentiam, vel illam totam complectitur, et dicuntur *species*; vel est pars essentiae, et haec pars etiam bifariam distingui potest : si est pars pluribus speciebus communis, est *genus*; si non est communis, tunc est proprius solius speciei, et dicuntur *differenciae*.

Ergo ex eo quid alia hypothesis efformari nequeat, quinque tantum sunt praedicabilia.

51. — Genus dividi potest, per accidentem, in supremum, intermedium et proximum. Idem dici solet de specie et differentia.

Genus *supremum* illud est *quod sub alio superiori generare non continetur*; v. gr. notio substantiae.

Genus *proximum* seu *infimum* illud est *quod infra se non habet genus, sed tantum species*: ut animal respectu hominis.

Genus *intermedium* illud est *quod inter supremum et infimum continetur*; ac proinde tam supra se quam infra se aliud genus habet; v. gr., vivens.

Genus et differentia, qua ad speciem constituantur concurrunt, sunt genus proximum et differentia proxima, que dicuntur etiam ultima, specifica aut propria.

52. — Ex dictis patet notionem genericam ad plura se extendere quam notionem specificam: siquidem dicuntur de hac specie, cuius est pars, et de aliis speciebus: undò *predicatur* de individualibus hujus speciei, sicut de individualibus specierum in quas ingreditur. Ergo major est eius extensio. Constat præterea

Genus superius majorem etiam habere extensionem ac genus subalternum; nam notio generis superioris continetur in notione generis inferioris; et idcirco predicari potest de omnibus inferioribus generis subalterni, sicut de aliis pluribus: v. gr. *vivens* est genus superius res-

pectu *animalis*; sed animal est aliquod vivens, ac proinde genus *vivens* dici potest de omnibus animantibus, et insuper de entibus pluribus quae non sunt *animalia*: ergo majorem habet extensionem.

Et ratio ob quam ad plura aliquis conceptus se extendat, reperitur in paucitate notarum quibus coalescit. Ex. gr. *Animal* præ *vivente* numerosioribus constat notis; nam est *vivens* (1<sup>o</sup> nota) *sensus preditum* (2<sup>o</sup> nota). Species respectu generis numerosiores etiam habet notas: v. gr. *hominis* conceptus in ordine ad conceptum *animalis* spectatus complectit notiones *animalis* (1<sup>o</sup> nota) et *rationalis* (2<sup>o</sup> nota). Ergo comprehensionis in notione specifica est major quam in generica, et in genere subalterno quam in superiori; ac proinde : *Quid major est extensio, et minor est comprehensionis, et vice versa.*

53. — Prout igitur a minus extensis ad magis extensa progrediuntur, removemus quasdam notas, que sunt in comprehensione minus extensi; et sic fit generalior notio quib[us] plures removenter notæ. Fit universalissima seu transcendens, quando, demptis aliis notis, unica et omnino simplex remanet notio: v. gr., si in *hominis* conceptu demptis nota *rationalis*, exurgit notio extensio: *animal*; si in *animali* absconditur nota *sensus preditum*, remanet notio *vivens*, quæ est magis extensa. Si in vivente fit precisionis notio *vita*, remanet *substantia*, quæ tandem per abstractionem alicuius notæ *stans per se*, dat locum notioi transcendentali: *ens*.

Hac operatio seu hic processus mentis quo per præcisionem intellectus relinquuntur quedam notæ speciales, dum aliæ magis generales seorsim considerantur, dicuntur *precisionis mentalis vel abstractio* (abstrahere, nempe trahere ab).

#### ARTICULUS IV.

##### De divisione judiciorum et propositionum.

I. De divisionibus quæ *Judicis* et *Propositionis* simul competant.

54. — In divisione judiciorum et propositionum considerari debent materia, sive proxima, sive remota, forma

et extensio; unde quadrifariam dividuntur propositiones.

I. Ratione *materie proxima*, proposizio dividitur in *necessariam, impossibilem et contingentem*; prout, 1º praedicatum necessariò refertur subjecto, seu per se inest subjecto: v. gr., spiritus est immaterialis; vel 2º prout notio attributi omnino repugnat notioni subjecti: v. gr., círculus est quadratus; vel 3º prout praedicatum potest ab arbitrio aut pro circumstantiarum varietate subjecto trahiri, vel ab ipso removeri.

56. — II. Ratione *materia remota*, seu terminorum, proposizio dividi potest in simplicem seu *categoricam*, et *compositam*.

1º Propositiō dicitur *simplex*, quando *unico subjecto et attributo constat*; subjectum vel attributum pluribus terminis coalescere possunt, dummodo hi termini non colligent ope aliquius particula.

2º Propositiō dicitur *composita*, quando *plures terminos connecti ope aliquius particula*, conditionalis, copulativa, disjunctiva, etc., aut *pluribus coalegit propositionibus*.

Propositiones compositae ad quadruplicem classem revocari possunt, nempe ad conditionalem, copulativam, disjunctivam et causalem.

Si termini conjunguntur per particulam conditionalem, propositiō erit *conditionalis* (1); v. gr., si homo habaret alas, volaret. Si termini connectuntur per particulam copulativam et, disjunctivam vel, causalem propter, propositiō erit *copulativa, disjunctiva vel causalis*.

III. Ratione *formae* propositiō dividitur in *affirmatiā et negatiā*, prout copula non afficitur particula negante, vel afficitur.

1º In propositione affirmativa, praedicatum tribuitur subjecto secundum omnes et singulas notas quae in ipsius praedicti comprehensionem ingrediuntur. Illud praedicatum generatim est terminus *particularis*, quia in his propositionibus affirmamus subjectum esse unum ex iis quibus praedicatum convenit: v. gr. lapis est durus.

(1) Propositiō, *convenientia* quae negat duas enunciaciones posse simul esse veras, reponitur inter hypotheticas, duas propositiō copulativa retenetur inter categoricas, quae nempe aliud de aliquo verē predican.

2º In propositionibus negativis, praedicatum a subjecto removetur juxta omnes notas sue comprehensionis, sed non juxta singulas: unde comprehensio collectivè sumpta a subjecto removetur. In hæc propositione: homo non est arbor, arbor juxta complexum notarum quibus constat, removetur ab homine; parvum refert utrum in arbore sint quadam notiones quæ etiam in homine reperiantur, dummodo sit diversitas in summa notarum. In his propositionibus, praedicatum est universale, quia declarant subjectum esse rem diversam ab attributo, ideoque non esse in extensione hujus praedicti inclusum: igitur attributum universim removetur a subjecto.

IV. Ratione *extensionis*, propositiō dividitur in universalem, particularē, indefinitam seu communem, et singularē.

*Natura.* Extensio aliquius propositionis determinatur ab extensione subjecti; nam forma propositionis, seu affirmatio, tantum se porrigit quantum patet subjectum. In hæc propositione: homo est rationalis, praedicatum *rationalis* entus affirmatur quatenus subjecto applicatur, ac proinde juxta solam mensuram subjecti; dicitur de solo subjecto, itaque de iis tantummodo quo in subjecti extensione includuntur. Tota igitur propositiō ad ea tantum se extendit quo in extensione subjecti reperiuntur.

Hinc in predicta divisione propositionum, debemus solam subjecti extensionem considerare.

56. — 1º Quando subjectum universaliter sumitur, nempe juxta totam suam extensionem, propositiō dicitur *universalis*: v. gr., *omnes homines sunt justi*.

2º Prout subjectum particulariter sumitur, scilicet juxta partem tantum sue extensionis, propositiō ipsa erit *particularis*; ut: *quidam homines sunt justi*.

2º Quando subjectum indefinitum sumitur, nempe sine particula determinante, propositiō ipsa dicitur *indefinita*: homo est justus.

4º Quando subjectum est aliquod nomen singulare, seu quoddam individuum denotat, propositiō dicitur *singularis*: hic homo, scilicet Petrus, est justus.

57. — V. Praeterea inter propositionses compositas, enumerari possunt propositionses modales et exponibles.

1<sup>o</sup> *Propositio modalis* opponitur *propositio absoluta*. *Propositio absoluta* simpliciter *renuntiat unum de alio*; *propositio modalis* ea est quae *declarat modum quo attributum convenit subjecto*: v. gr., Deus necessario est *justus*.

2<sup>o</sup> *Propositio exponibilis* ea est quae *indiget explicacione* propter aliquam expressionem qua reddit sensum obscurredum. *Propositio* quae *exponibilem explicat* dicitur *exponens*.

*Propositio exponibilis* dicitur vel *exclusiva*, vel *exceptiva*, vel *reduuplicativa*, prout ei admiscentur particula exclusiva *tantum*, *duntaxat*, aut exceptiva *propter extra*, aut tandem *reduuplicativa*, *quatenus*, *prout*. Hæc ultima dicitur *propositio reduuplicativa*, quia in ea fit quadam *reduuplicatio subjecti*: v. gr., homo, in quantum homo, est ad imaginem Dei creatus.

58. — VI. *Præter* has divisiones propositionum, alia etiam possunt desumti ex relatione signi ad rem significatam. Quando *propositio consonantibus rebus expressis*, seu congruit objecto, dicitur *vera*: v. gr., haec arbor est viridis, est *propositio vera*, si illa arbor respæs habet talen qualitatem. Si ab objecto dissonat, *propositio haec erit falsa*: v. gr., si dicetur: hic homo est albus, dum est niger, *propositio esset falsa*.

#### II. De divisionibus quæ *judicio* sunt propriæ.

I. *Judicia*, quæ per propositions exprimuntur, possunt partiri *ratione modi* quo affirmantur, 1<sup>o</sup> in *judicia a priori*, et *judicia a posteriori* 2<sup>o</sup> in *judicia media et immediata*.

69. — 1<sup>o</sup> Quando ex sola *idearum consideratione* efformantur, nempe seposita qualibet experientia, dicuntur *a priori*. Hoe fit cum una idea percipitur tanquam inclusa in ratione alterius; tunc simul contumur ideas earumque identitatem vel differentiam: v. gr.: *Idea totius* includit ideam *partis*, et ideas istas intuiri non possumus, quin conspiciamus: *totum esse majus parte*.

Hee *judicia a priori* dicuntur etiam *pura*, quia ab experientia non pendunt; dicuntur *rationalia*, quia sola ratione efformantur; dicuntur *analytica*, quia ex analysi unius termini efflorescit alter terminus *judicii*; v. gr., in super-

rius prolatο *judicio*, ex analysi notionis *istius* emergit *notio partis*.

2<sup>o</sup> *Judicia* sunt *a posteriori*, quando facto ipso et experientia fundantur, v. g., ignis comburit; quia de causa *empirica* etiam dicuntur, seu *experimentalia et physica*. Præterea vocantur *synthetica*, quia una idea non est de ratione alterius, sed, suadente experientia, attributum subiecto copulatur.

60. — II. *Judicia* sive *analytica*, sive *synthetica* dicuntur *immediata*, quando identitas vel discrepantia determinatur illico pateat: *mediata*, quando relatio terminorum non determinatur nisi ope ratiocinii.

Iste divisiones propriæ sunt solius *judicij*, dum aliae quas recensumus, communes sunt tum *judicio*, tum signo *judicij* seu *propositioni*.

61. — *Judicia* quedam scientiarum fontes primarios seu *principia* constituant, et idœ dicuntur *axiomata*, a verbo *axioma* (*dignitas*).

Ut *judicium* sit *axiomata* requiritur: 1<sup>o</sup> Ut sit per se seu immediate evidens. 2<sup>o</sup> Ut universalitatem habeat.

Hinc omnia *judicia analytica* immediata sunt *axiomata*, nam, 1<sup>o</sup> evidenter immediata, atque 2<sup>o</sup> necessitate et universalitate semper fruuntur.

Sed *judicia synthetica*, etiam immediata, non sunt semper *axiomata*, quia sepenumerò carent universalitate, quam ceteraque *singularia* induere nequeunt; siquidem circa individua objecta versantur: v. gr., ego cogito, patior, etc.

*Judicia synthetica*, quæ non sunt *singularia*, sed *particularia*, possunt aliquando ad universalitatem attollī, et sic *axiomata* evadunt: v. gr., hi lapides non suffulti deorsum ruunt. Quando experientia facta sufficit ut gravitas de omnibus prorsis lapidis dicī possit, habemus illud *axiomata*: omnes lapides sunt graves, seu deorsum ruunt.

#### ARTICULUS V.

##### De propositionum proprietatibus.

62. — Hactenus propositiones consideravimus quoad sua intrinseca constituta; verum in ordine ad alias pro-


positiones etiam inspicci possunt : tunc varias habent proprietates, quæ sunt oppositio, æquipollentia et conversio.

I. De oppositione.

63. — *Oppositio est repugnantia inter duas propositiones eodem subiecto et predicato constantes. Differre possunt propositiones tam quantitate, tam qualitate, tam utraque simul.*

Quando sola *quantitate* differunt, vocantur *subalternae*. Si *qualitate* solum discrepant, esse possunt duplēs generis, prout sunt vel universales vel particulares : due propositiones universales *qualitate* discordes, dicuntur *contrarie*; propositiones particulares ratione solius *qualitatis* dissimiles vocantur *subcontrarie*. Tandem vocantur *contradictrorie*, quando simili *quantitate* et *qualitate* differunt : si tamen subiectum esset singulare, possent differe *sola qualitate*. Hinc quatuor exurgunt oppositionis genera.

A. Omnis homo est justus. CONTRARIE, E. Nullus homo est justus



I. Aliquis homo est justus. SUBCONTRARIE. O. (1) Aliquis homo non est justus.

I. Principium. Propositiones *subalternae* A I — E O possunt esse *similiter verae* et *similiter falsae*, cū revera inter has nulla sit oppositio propriè dicta, imo una includatur in altera, scilicet particularis in universalis : v. gr., omnis homo est justus; aliquis homo est justus.

Hinc 1<sup>o</sup> si *vera* est universalis, *vera* erit particularis, quæ in ipsa continetur. Sed 2<sup>o</sup> falsa esse potest univer-

(1) Asserit A, negat E, verum generaliter ambo.  
Asserit I, negat O, sed particulariter ambo.

sals, quin particularis sit falsa; nam ad alia se extendit affirmatio universalis, que non continentur in extensione particularis, ac proinde in hac tantum parte sua extensis potest peccare. Verum 3<sup>o</sup> si falsa esset particularis, necessariò falsa esset universalis, quæ falsitatem particularis, quam continet, necessariò in se recipit. 4<sup>o</sup> Si tandem vera est particularis, nihil sequitur quoad veritatem vel falsitatem universalis.

II. Principium. Propositiones *contradictoriae* A O — B I non possunt esse *similiter verae* nec *similiter falsae*. Nam idipsum quod affirmatur in una, negatur in altera. Porro aliiquid non potest simul esse et non esse. Ergo ex veritate unius *contradictrorie*, infertur falsitatem alterius et viceversum. Ex.: omnes homines sunt rationales; quidam homines non sunt rationales.

III. Principium. Propositiones *contrariae* A E 1<sup>o</sup> *Possunt esse similiter falsae*, quia inter ipsas datur medium quod potest esse *exclusivè* verum : v. gr., inter has propositiones : Omnis homo est justus, nullus homo est justus, reperitur sequens propositionis *exclusivè* vera : Quidam homines sunt justi. Hinc justitia non potest neque affirmari neque negari de omnibus. Itaque ex demonstrata falsitate unius *contrariae* non concluditur ad veritatem alterius.

2<sup>o</sup> *Non possunt esse similiter verae*. Etenim ex veritate unius *contrariae*, qua est universalis, sequitur veritas ejus *subalternæ*, ut diximus (P. I.). Atqui haec *subalternæ* est *contradictroria alterius contrariae*. Ergo si dues *contrariae* essent *similiter verae*, sequeretur duas *contradictriorias* esse *similiter veras*, quod est contra secundum principium. Exemplum habetur in schemate supra positio.

IV. Principium. Propositiones *subcontrariae* 1 O 1<sup>o</sup> *Possunt esse similiter verae*. Nam predicatum in una propositione de iisdem inferioribus non dicitur ad quæ subiectum alterius propositionis se extendit; v. gr., quidam homines sunt justi; quidam homines non sunt justi. Non agitur de iisdem hominibus. Tamen in materia *necessaria* (54—1<sup>o</sup>), non possunt esse *similiter verae*, aut *falsae*; v. gr., aliquis angelus est spiritus; aliquis angelus non est spiritus; et ratio adducta non valet nisi in materia contingentia. 2<sup>o</sup> *Non pos-*

*sunt esse simul falsæ.* Etenim si essent simul falsæ eārum contradictoriae essent verae. Atqui haec contradictoriae constituent duas contrarias, quae esse non possunt simul verae (P. III, 2<sup>o</sup>).

Ergo duæ subcontrarie non possunt esse simul falsæ.

## II. de Aequipollentia.

64. — *Aequipollentia*, ut nomen indicat, est *eadem significatio* duarum propositionum, quae *codem subiecto et attributo* constant, sed differunt una aut altera negatione; v. gr., non omnis homo est justus; aliquis homo non est justus. Sicut quilibet propositio habet aliquam sibi oppositam, ita et aequipollentem, quo in sensu logorum fit opere particulae negativa non.

*Principium.* Particula negativa in propositione destruit id quod post se reperit, ac proinde mutat quantitatem et qualitatem, quando praefigitur. Hinc

I. Regula. Quando toti propositioni *praefigitur* negatio, seu ponitur ante subiectum, haec propositio fit aequipollens sua contradictoriae.

*Probatur.* Propositiones contradictoriae differunt quantitate et qualitate. Atqui negatio toti propositioni praefixa mutat quantitatem et qualitatem. Ergo haec propositio sola appositiōne hujus negationis fit aequipollens suae contradictorio : v. gr., propositio A per praefixam negationem fit : Non omnis homo est justus, seu aequipollens propositionis O, aliquis homo non est justus.

II. Regula. Si *postponitur* subiecto, propositio haec efficitur aequipollens suae contrarie aut subcontrarie.

*Probatur.* Negatio post se solam qualitatem reperit, ac proinde fit mutatio solius qualitatis. Porro propositiones contrarie differunt sola qualitate. Ergo. V. gr., : Propositio A, juxta hanc regulam, fit : Omnis homo non est justus, seu aequipollens propositionis E : nullus homo est justus. Eodem modo propositio I fit aequipollens suae subcontrarie O.

III. Regula. Si *proponatur* simil et *postponatur* subiecto particula negativa, propositio fit aequipollens suae subalterne.

*Probatur.* Dūm particula non proponitur toti proposi-

tioni mutatur quantitas et qualitas; sed per postpositionem, quae attingit solam qualitatem, fit nova mutatio hujus qualitatis, quae proinde ad pristinum statum redintegratur. Ergo fit mutatio solius quantitatis, qualitate eadem remanente; hinc propositio haec fit aequipollens suae subalterne quo sola quantitate ab ipsa differt. V. gr., si propositioni A, preponitur et postponitur particula negativa, fit : non omnis homo non est justus, quae propositio est aequipollens propositionis I : aliquis homo est justus.

## III. De Conversione.

65. — *Conversionis* est *inversio propositionis*, ita ut subiectum fiat predicatum, et predicatum fiat subiectum, salva tamen propositionis veritate et qualitate, v. g. : *sapientia non est justitia; justitia non est sapientia.* In conversione incolamus remanet veritas, quando identitas vel diversitas terminorum servatur, quod contingit quotiescumque termini non augentur quoad extensionem nec mutantur quoad suppositionem.

Triplex est conversio : simplex, per accidens, et per contrapositionem, quae tamen non est conversio propriæ dicta.

1<sup>o</sup> *Conversio simplex* habetur, quando fit *mutatio terminorum, servata eadem quantitate propositionis.* Hinc non contingit nisi in propositionibus quarum subiectum et predicatum habent eandem extensionem, ac proinde 1<sup>o</sup> in particuliari affirmativa, ac 2<sup>o</sup> in universali negativa.

2<sup>o</sup> *Conversio dicitur per accidens*, quando *variatur quantitas propositionis*, nempe quando ex universali fit particuliari, et viceversa, salem si ratione *materie* dari posset conversio propositionis particuliari in universalem. Hinc locum habet in propositione universali affirmante. Universalis negans potest etiam isto modo converti ; v. gr. : Nullus corpus cogitat. Aliquid cogitans non est corpus.

3<sup>o</sup> *Conversio per contrapositionem* habetur quando *utriusque termino transposito praefigitur particula non*, ita ut termini conversi ex finitis in infinitos mutentur. Hic modus convertendi a Dialetice fuit excoxitatus, quia solus propositioni particuliari neganti potest aptari. Pro-

positio enim haec non potest converti : 1<sup>o</sup> *simpliciter*, quia attributum est universale, dum subjectum est particularare, unde nulla conversio possibilis sine mutatione quantitatis. 2<sup>o</sup> Non potest etiam converti *per accidens*, nam subjectum particolare transiens in attributum propositionis negantis fit semper universale; igitur eamdem non servaret quantitatem : Sit in exemplum ista sequens propositio : Aliquis homo non est medicus; haec non potest sine absurditate converti simpliciter :

Aliquis medicus non est homo;

Neque per accidens : Omnis medicus non est homo. Convertitur ergo per contrapositionem, et sic, juxta formam dialecticam, habemus :

Aliquis non medicus non est non homo, seu more vulgariter loquendi :

Aliquis, qui non est medicus, est homo.

### CAPUT III.

#### DE RATIOCINIO.

66. — Circa tertiam mentis operationem, ad quam simplex apprehensio et judicium ordinem habent, quinque a nobis sunt consideranda : 1<sup>o</sup> natura ratiocinii, et spectaculum syllogismi simplicis; 2<sup>o</sup> syllogismi simplicis leges; 3<sup>o</sup> variae formae quas induere potest *syllogismus simplex*; 4<sup>o</sup> diversa genera argumentationis generatim sumptae, et tandem 5<sup>o</sup> fallacie quibus deturpari potest motus mentis discurrentis de judicio ad judicium. Hinc caput illud in quinque articulos distribuemus.

#### ARTICULUS I.

##### *De natura ratiocinii, et speciatione syllogismi simplicis.*

67. — Judicia, ut ante diximus, sunt duplicitis generis, immediata vel mediata (60). Judicium dicitur : 1<sup>o</sup> immediatum, quando nexus terminorum quibus coalescit illicet comprehenditur; 2<sup>o</sup> mediatum, quando idealium nexus non comprehenditur nisi per comparationem earum cum aliqua

tertia idea. Operatio haec quā ita deprehendimus nexus alicujus judicii mediati dicitur ratiocinum, quod propterea definiri potest : *ea mentis operatio per quam, instituta comparatione duorum idealium cum tertia, illarum inter se identitatem vel discrepantiam percipimus.*

68. In ratiocinio ergo tria sunt consideranda : *ideæ* quibus constat, *judicia* qua ex ideis efformantur, et tandem *nexus* judiciorum. 1<sup>o</sup> Ideæ constituent materiam *remotam* ratiocinii, idēo quia in ratiocinum non ingrediuntur, nisi prius in judicis efformatis coalescent. 2<sup>o</sup> Judicia ex ideis efformatae constituent materiam *proximam* ratiocinii, in quantum absque illa dispositione alteriore, seu interna transformatione, sunt ideo ad formam ratiocinii recipiendam. Tandem 3<sup>o</sup> nexus judiciorum, nemp̄ eorum dispositio ad concludendum, dicitur *forma*, que prōinde nihil est aliud quām nexus qui inter judicia ex quibus infertur et judicium quod eruitur intercedit.

69. — Id ex quo aliud infertur, dicitur *antecedens*; id quod infertur, dicitur *consequens*. Consequens non debet confundi cum *consequentia*, que est ipsa forma ratiocinii, seu ipsa nexus consequens cum antecedente : est ergo necessariò vera aut falsa, nam nexus ille existit vel non existit.

Ad hanc distinctionem melius intelligendam, juvat cognitio discriminis quod existit inter ratiocinum et argumentationem : *argumentatio* enim se habet ad ratiocinum sicut propositio ad judicium. Argumentatio est signum seu expressio ipsius ratiocinii, ac prōinde definiri potest : *oratio qua propositio una ex aliis infertur.*

Jamverò id quod propriè nuncupatur antecedens, est id, seu (in argumentatione) haec propositio ex qua alia infertur, dum consequens est id quod infertur. Sed mens humana potest decipi in argumentando, et exindè pro vero nexus idealium potest assumere nexus apparentem et non realem; hinc consequens verum aliquando aderit absque vera *consequentialia*, et viceversa. Hinc differre possunt consequens et consequentialia.

70. — Ad ratiocinum semper requiritur duplex actus apprehensivus : 1<sup>o</sup> actus quo apprehendit relatio, sive identitatis, sive discrepantiae duarum idealium plus mi-

nusve dissimilat cum quadam idea, quæ adhibetur ut terminus comparationis. Primo idea, ex sunt quarum nexus ignoratur; terminus comparationis est tercia quædam idea adhibita ad manifestandum hunc nexum ignorantum, vi principii identitatis: *qua sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se.* 2º Alter actus apprehensivus qui requiritur, ille est quo apprehendimus identitatem vel discrepantiam idemcum dissimilat vi comparationis earumdem cum tercia idea. Hæc relatio identitatis vel discrepancy est id quod stricte constituit consequentiam, et haec perceptio est ipsa formalis actio ratiocinandi.

71. — Ratiocinum simplex et completem est *syllogismus simplex*, qui unam completam exprimit ratiocinationem. Syllogismus est *ratiocinum tribus constantibus positionibus ita inter se concrevis, ut duabus positis, tertia necessaria sequatur*. Est ergo species simplicior et perfectior ratiocinii, quia simpliciter et immediate confert duas ideas ad terminum comparationis, et statim refert nomen sic detectum.

1º Haec duæ ideæ que comparantur, dicuntur *extrema*, dum terminus comparationis dicitur *medius terminus*.

2º Duo prima judicia, quibus comparantur extrema cum medio termino, dicuntur *præmissa*, et constituent antecedens syllogismi, dum judicium quo exprimitur haec relatio per præmissas detecta, dicitur *conclusio, illatio, aut consequens*.

3º In conclusione exprimitur relatio extremorum; unde conclusio constat extremis, qui constituant subjectum et attributum illationis. Majus extreum est attributum conclusionis, quia est terminus magis extensus; attributum enim alienus propositionis majorem habet extensionem ac subjectum; nam, ut constat ex dictis (52 2º, 53), attributum semper omnibus subjecti inferioribus se extendit, ac generatim alii pluribus. Minus extreum fit subjectum conclusionis, propter consimilem rationem.

4º Præmissa in qua majus extreum cum medio comparatur, dicitur *propositio major*, quia ordinariæ priori loco ponitur, aut simpliciter *major*; dum præmissa in qua minus extreum confertur cum medio, dicitur *propositio minor*.

## ARTICULUS II.

*De legibus syllogismi simplicis.*

72. — Dialectici, dum leges syllogismi rimantur, considerant simpliciter connexionem materiæ proxime et materiæ remote, seu querunt utrum haec elementa sint apta ad dandam conclusionem, nempe ad recipiendam formam ratiocinii.

Veritas aut falsitas propositionum non consideratur in dialectica, que haudquāquam querit utrum propositiones consonent rebus expressis necne, sed pensitat tantummodo ac servetur identitas terminorum, dum ex una propositione in aliā hī transferuntur. Igitur regulæ syllogismi simpliciter versantur circa hanc veluti materiam seu mechanicam concatenationem terminorum et propositionum, que dicunt forma syllogismi.

73. — Tota hæc syllogismi legum latio ad octo regulas revocari solet; iste regulæ, quas excogitavit Aristoteles, sufficiunt ad præcavenda omnia sophismata. Verutamen auctores, alii plures, alii pauciores enumerant regulas. Sic in logica Portus-Regalis (Port-Royal) sex enumerauntur leges, quæ etiam ad duas tantum reducentur; Bos-suetius eundem numerum regularum tradidit; tandem Goudin, simul cum Euler, has leges ad quatuor coarctavit.

Sed haec discrepancy, unicè provenit ex eo quod considerant hanc rem alii modo generaliori, alii modo specialiōri; quoad rei substantiam, nulla prorsus diversitas. Reipæc unica ferè est regula quæ cæteras omnes includit: *Major conclusionem implicitè continet, et minor declarat hanc conclusionem contineri in majore.* Hæc regula ex ipsa ratiociniū natura deducitur. Etenim propositiō major affirmat relationem identitatis, vel diversitatis inter majus extreum et medium terminum; unde implicitè continet conclusionem, dummodò medius sit identicus cum minore extremo, seu melius ipsum includat. Hæc autem identitas affirmatur in minore, quæ prouidè declarat conclusionem contineri in majore. Major ergo considerari potest tanquam contineat, et minor ut applicans. At regula hæc, ut potè nimis generalis, non sufficit ut omnia facilè depre-

hendantur virtus que in syllogismis obrepere possunt, et id est octo regulæ aptè tradi solent.

74. — Omnes iste regulæ principio identitatis et principio contradictionis nituntur, aut potius sunt particulares applicationes horum principiorum. Principia hec in scholis modo sequenti enunciari solent : Principium identitatis : *Quia sunt eadem unum tertio sunt eadem inter se*. Principium repugnancie : *Duo quorum unum concordat cum tertio, alterum vero non concordat, non concordant inter se*.

Hicse axiomaticis potest adjici sequens principium : *Duo quorum neutrum concordat cum tertio assumptu, inter se convenire vel non convenire possunt*.

1<sup>a</sup> Primum effatum, quatenus speciatim ad dialecticam spectat, modo sequenti proponi potest : Quidquid affirmatur de notione superiori distributivè sumpta, debet etiam affirmari de singulis eius inferioribus ; alias verbis, quidquid de omnibus seu de aliquo genere dicitur, etiam dicendum est de quibusdam et de singulis, seu de subjectis speciebus et individuis : v. g. Quidquid dicitur de animali, dicitur de homine, leone, aquila, etc., de Petro, Paulo, etc.

Illiud effatum in scholis appellatur *dictum de omni*.

2<sup>a</sup> Secundum axioma solet etiam clariori modo sic proponi : quidquid negatur de notione superiori distributivè sumpta, nequit non negari de singulis eius inferioribus. V. g. : Si aliquid de homine negaretur, negari deberet de Petro, Paulo, et aliis hominibus. Illud principium syllogismi negantis *dictum de nullo* in scholis appellatur.

3<sup>a</sup> Quoad tertium principium, manifestum est duos terminos inter se habere posse aliquam relationem quoniamcum cum termino extraneo convenient : v. g. ex eo quod corpus non est spiritus, et lapis non est spiritus, non possum inferre lapidem non esse corpus. Ita propter eamdem repugnantiam duorum terminorum cum tertio, non possum inferre eos inter se convenientem. V. g. Homo non est arbor ; leo non est arbor ; ergo homo est leo.

75. — Octo regulæ syllogismi, quibus applicantur hec axiomata materia tum remota, tum proximæ syllogismi, sunt sequentes, quarum quatuor priores ad terminos spectant, quatuor posteriores ad materiam proximam syllogismi, seu ad propositiones :

1. *Terminus* esto triplex, medius majorque, minorque.
2. *Latius* hos, quam *premissæ*, *conclusio* non vult.
3. *Nequam* medium capiat *conclusio* oportet.
4. *Aut semel*, *aut iterum* medium generaliter esto.
5. *Utrique* si *premissa* neget, nihil inde sequetur.
6. Ambo affirmantes nequeunt generare negantem.
7. Pejorem sequitur semper *conclusio* partem.
8. Nil sequitur geminis ex particularibus unquam.

1<sup>a</sup> Regula vetat ne in syllogismo plures sint quam tres termini. Nam syllogismus in eo consistit, quod *dictum* *idearum* convenientia vel repugnancia probetur ex earumdem consensione vel pugna cum *tertia* ; atqui ad hoc tres termini, 1<sup>a</sup> *requiruntur*, secus non esset comparatio extermorum, et 2<sup>a</sup> *sufficiunt*, aliter ipsa extrema comparata in conclusione non unirentur : v. g. Deus est omnipotens ; atqui homo est doctus ; ergo... nulla conclusio.

Sed cavendum est ne aliquis terminus specie unus, reapsit sit multiplex, propter diversas significations vel suppositiones : v. g. Leo est animal ferox ; atqui leo est vox duarum syllabarum ; ergo vox duarum syllabarum est animal ferox.

II<sup>a</sup> regula prohibet ne termini in conclusione habeant maiorem extensionem quam in premissis haberentur. Terminus, juxta diversam extensionem sumptus, reapsit est multiplex, seu diversa significat, et propterē in conclusione id asseretur quod non fuit probatum in premissis ; comparatio enim facta fuit cum parte extensionis, dum in conclusione affirmatur altera pars qua non fuit comparata : v. g. Omnia latro est homo ; atqui omnis latro poenas meretur ; ergo omnis homo poenas meretur.

III<sup>a</sup> regula per se patet, nam si medius terminus exprimeretur in conclusione, conclusio haec non concluderet, sed compararet.

IV<sup>a</sup> regula præcipit ut medius terminus in premissis, semel saltim universaliter distributivè sumatur, nempe pro ea omni re pro qua accipi potest. Ratio regule haec est : Terminus ille bis particulariter sumptus esset aquivalenter duplex, seu res diversas significare posset, ac proinde comparatio non fieret cum uno eodemque termino. Hoc modo peccat sequens syllogismus :

*Aliquis homo cantat*

*Atqui alius homo mortuus est;*  
*Ergo aliquis mortuus cantat.*

V<sup>a</sup> regula est evidens et nuntiat tertio principio generali superiori relato (74). Sed sepè contingit quod propositio specie negans, reapse sit affirmans : v. g. Qui non studet, non erit doctus : atqui Petrus non studet : Ergo... Propositio minor reapse est affirmans.

V<sup>b</sup> regula est etiam planè evidens, et immittit principio : Quo sunt eadem unum tertio, sunt eadem inter se.

VII<sup>a</sup> regula significat conclusionem participantem esse omnium defectum praemissarum. Pars peior vocatur a Logice negotio respectu affirmationis, et particularitas respectu universalitatis. Duo itaque considerantur in hac regula, qualitas et quantitas propositionum.

I<sup>a</sup> *Quoad qualitatē*, si una praemissa negat, conclusio erit negans; nam propositio negans declarat unum extre-  
num cum medio non convenire, dum altera praemissa affirmans declarat alterum extremum cum medio conve-  
nire ; ergo, juxta principium repugnantiae, extrema inter  
se non convenient, seu conclusio est negans.

2<sup>a</sup> *Quoad quantitatē* conclusionis, in data hypothesi, tres casus fingi possunt; aut propositiones sunt ambo affir-  
mant, aut alterutra est negans, aut utraque tandem est negans. His ultimus casus exploditur per V<sup>am</sup> regulam ; hinc due hypotheses sunt considerande.

a) — *Utraque affirman*t. Tunc unum tantummodo conti-  
nent terminum universalem, subjectum scilicet proposi-  
tionis universalis (duo attributa sunt particularia, quia pertinet ad propositiones *affirmantes*; alterum subjectum est particularē, nam, juxta hypothesim, una propositio est particularis). Atqui ille unicus terminus universalis pro medio assumi debet, juxta regulam IV<sup>am</sup>. Ergo duo extrema sunt particularia, ac prōinde subjectum conclusio-  
nis, quod dat quantitatē propositionis, est particularē.

b) — *Alterutra negans*. Duo sunt termini universales : subjectum propositionis universalis et attributum proposi-  
tionis negantis. Atqui unus ut medius terminus ponitur,  
juxta regulam IV<sup>am</sup>, et alter pro attributo conclusionis negantis assumi debet, juxta primam partem presentis

regule. Ergo subjectum conclusionis nonnisi termino particuliari constare debet, ac prōinde conclusio non potest esse nisi particularis.

VIII<sup>a</sup> regula docet nihil legitime concludi posse ex duas praemissis particularibus. Etenim I<sup>o</sup> si ambae sunt affirmantes, nullus existit terminus universalis, ac prōinde, non datur medius universaliter sumptus, juxta regulam IV<sup>am</sup>.

2<sup>o</sup> Si ambe negantes, nil inde, juxta regulam IV<sup>am</sup>.

3<sup>o</sup> Si una affirmat et altera negat, unicus datur terminus universalis, nemp̄ attributum propositionis negantis ; Atqui ille terminus universalis simul assumi deberet pro medio (reg. IV.), et pro attributo conclusionis negantis (reg. VII.). Ergo nullus confici potest syllogismus cum duabus particularibus.

### ARTICULUS III.

*De variis figuris et modis syllogismorum.*

76. — Scholastici multūm sunt in expoundendis preceptis quibus ars syllogistica quasi mathematicè describitur. Tractatio de hac arte a Galuppi rectè *algebra ratiocinii* appellatur.

Nos de figuris et modis breviter quidem, sed quantum satis ad rectè argumentandum, tractabimus.

Reculendum est ex anteā enucleatis formam syllogismi esse artificiosam dispositionem materieā formam inferendum. Porro forma haec potest considerari :

I<sup>a</sup> Quoad materiam remotam, seu quoad solos terminos, et tunc dicitur *figura syllogismi*.

2<sup>a</sup> Potest spectari quoad materiam proximam, seu quoad propositiones, et tunc appellatur *modus syllogismi*.

77. — *De figuris*. Figura syllogismi est dispositio medi termini cum extremitate apta ad concludendum. Porro medium terminus potest cum extremitate quatuor modis disponi, ac prōinde quatuor haberi possunt figurae syllogismi : tres priores Aristotelē tribuntur, et quarta, Galeno.

Prima figura habetur quando medium terminus est subjectum majoris et attributum minoris : v. g. Omnes homi-

nes sunt rationales; atqui Petrus est *homo*; ergo Petrus est rationalis.

In secunda figura, medius terminus est prædicatum in utraque premissa, ut in hoc syllogismo: Corpus non est *simplex*; atqui animus est *simplex*; ergo animus non est corpus.

In tertia figura medius terminus est subjectum tum in minori, tum in majori. V. g. Omnes *peccatores* sunt miseri; atqui quidam *peccatores* sunt divites; ergo quidam divites sunt miseri.

Tandem in quarta figura, medius terminus est prædictum majoris et subjectum minoris: Omnes homines sunt *rationales*; atqui omnes ens *rationale* potest cognoscere verum; ergo aliquod ens quod potest cognoscere verum, est homo. Hanc quartam figuram rejiciant satis communiter scholastici, propterea quod nihil aliud esset quam violenta quedam præmissarum et terminorum transpositio. Quapropter rejecta quarta figura, in prima duplice agnoscebant modum, directum scilicet et indirectum: Modus *directus* ille est in quo extrema eamdem sedem occupant in conclusione quam in præmissis habent; Modus dicitur *indirectus* quando diversam sedem habent in conclusione, ac occupant in præmissis (1).

78. — *De modis.* Modus syllogisticus est dispositio trum propositionum, aut juxta alium modum computandi, præmissarum, secundum quantitatem et qualitatem apta ad concludendum. Propositiones secundum universalitatem et particularitatem, negationem et affirmationem spectatae, indicari solent per litteras A, E, I, O, juxta versiculos sequentes (63) :

Asserit A, negat E, verum generaliter ambae

Asserit I, negat O, sed particulariter ambe.

Tot ergo erunt syllogismi modi possibilis, quot combinationes ex quatuor elementis ter sumptis oriri possunt. Porro algebra demonstrat ejusmodi ternarias combinatio-

(1) Olim disputabant Logici an sint admissende tres vel quatuor figure: sed hæc disputatio est parvi momenti. Vid. Sanseverino, Philos. Christ. Logica pars I. v. 2, p. DCCCV-DCCXX.

nes ex quatuor elementis, esse quatuor et sexaginta; ergo sunt quatuor et sexaginta modi possibilis syllogismi.

Sed quidam ex recentissimi modis opponuntur regulis syllogismi, ac proinde non concludunt, vel sunt inutiles. Modi concludentes sunt tantummodo novemdecim, ex quibus quatuor pertinent ad primam figuram; secunda figura quadratur pariter modos admittit; tertia sex, et quarta quinque.

Omnes modi concludentes in versiculis sequentibus reconsentur: in quibus præterea ingeniōse declaratur ratio convertendi modos ultimarum figurarum ad modos prime.

I. fig. Barbara, Celarent, Darii, Ferio (Mod. Ind.) Baralipton. Celantes, Dabitib, Fapesmo, Friesomorum.

II. fig. Cesare, Camstres, Festino, Baroco (III fig.) Darapti. Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Perison.

IV<sup>o</sup> Figura Galenica, ut a 1<sup>o</sup> distinguitur, quinque etiam modos continent, sicut mod. ind. :

Baralipton, Dimatis, Fesapo, Camentes, Fresisomorum (4).

Ut vis et significatio horum vocabulorum intelligatur, notandum est :

1<sup>o</sup> Litteras vocales a, e, i, o, indicare propositionum di versitatim respectu quantitatis et qualitatis, ut jam superius diximus. Singuli modi constant ternis vocalibus; unde quarta seu ultima vocalis, que reperitur in modis Baralipton et Friesomorum nihil significat; soli servit sono carminis.

(1) Qui admitunt 4<sup>am</sup> fig., mutant ordinem præmissarum prime figura, et habent enunciationem priam expressam ut *majorem*, secundum enunciationem, ut *minus extreum*, id est subjectum conclusionis, contineant. Qui autem hanc figuram rejiciunt, et modos indirectos admittunt, pertinent tantum ordinem terminorum conclusionis modi directi: unde in modis indirectis predicatum conclusionis est subjectum minoris; seu assumptions, dum in modis directis, est etiam predicatum majoris seu propositions, v. g. *Modus dir.* prima figura (Barbara). *Omne animal est sensible*; *omnis homo est animal*; ergo *omnis homo est sensibilis*. *Modus indirectus* (Baralipton): *Omne animal est sensible*; *omnis homo est animal*; ergo aliquod sensible est homo.

Scundum figuram Galenicam, habemus: *Omnis homo est animal*; *omne animal est sensible*; ergo aliquod sensible est homo (Baralipton).